

Credunt enim subintelligendum esse בְּנֵיכֶם עַל פִּי ex ore filiorum, et hoc ius quoque ad PROPINQVOS GERMANOS reliquos pertinere affirmant. Quemadmodum uero primaria causa, ut mihi persuadeo, haec fuit, quod ueriti fuerint, ne PROPINQVI, qui contra PROPINQVOS testimonium ferre cogorentur, amore erga illos ducti, talia proferant, quae ueritati sint incongrua: sic contra ea de INIMICIS hominis accusati, qui ad undecimum genus personarum ad testimonium exhibendum inidonearum referuntur, sine dubio colligere poterant, hos uiros, ex iracundia erga fratrem suum, ueritatis, mandati, et iustitiae diuinæ immemores futuros, grauissimaque scelera falso suo testimonio fratri accusato afficturos esse. Et hunc in finem aperte AMICI et INIMICI a testimonio ferendo reiiciuntur, in codice SANHEDRIN, d) ubi expressis uerbis legitur: וְאָלוֹ הַנּוּ הַפְּטוֹלִין הוֹאָהָב וְהַשׁוֹנָא אֹהָב נָה שׁוֹשְׁבִינוּ שׁוֹנָא כָּל שְׁלָא רַבְּרַעֲמָן יְמִינָם בְּאָבָה אֶל לֹא נְחַשְׁרָנוּ כֶּרֶב יִשְׂרָאֵל עַל כֶּרֶב Et illi sunt illegitimi scilicet ad testimonium ferendum, amicus et inimicus, amicus, hic est paronymbus, uel pronubus, cuius auxilio pacteda matrimoniorum facta erant; Inimicus, qui tribus diebus cum illo non locutus erat ex inimicitia. De illo enim dictum est: propterea non suspectus habebatur populus Israeliticus; quod nimirum in gratiam uel odium alterius falsum testimonium perhiberi patiatur. Cuius rei ueritas quoque ex alio loco ctdicis SANHEDRIN, e) nec non e R. OBA.

G 2

DIAE

d) Cap. III. §. 5. fol. 186. col. 1.

e) Cap. cit. §. 1. quo loco relatum legimus, quod uni parti litigantium licitum fuerit, alterius partis testes, ob legitimas causas, ut ineptos a testimonio ferendo arcere, et sic uice uersa: זֶה פּוֹסֵל עָרֵיו שֶׁל זֶה זֶה דָּבְרֵי ר' וְחַכְמֵי אָוֹתִים אַמְתִּים